Zeitschrift: Der Geschichtsfreund : Mitteilungen des Historischen Vereins Zentralschweiz

Herausgeber: Historischer Verein Zentralschweiz

Band: 10 (1854)

Artikel: Johannes von Schwanden, Abt in Einsiedeln, und seine Zeit : besungen von Meister Rudolph von Randegg

Autor: Morel, Gallus

Kapitel: Liber I, De Reverentia et Fundatione Loci Heremitani

DOI: https://doi.org/10.5169/seals-110724

Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist die Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften auf E-Periodica. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Zeitschriften und ist nicht verantwortlich für deren Inhalte. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern beziehungsweise den externen Rechteinhabern. Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen sowie auf Social Media-Kanälen oder Webseiten ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. Mehr erfahren

Conditions d'utilisation

L'ETH Library est le fournisseur des revues numérisées. Elle ne détient aucun droit d'auteur sur les revues et n'est pas responsable de leur contenu. En règle générale, les droits sont détenus par les éditeurs ou les détenteurs de droits externes. La reproduction d'images dans des publications imprimées ou en ligne ainsi que sur des canaux de médias sociaux ou des sites web n'est autorisée qu'avec l'accord préalable des détenteurs des droits. En savoir plus

Terms of use

The ETH Library is the provider of the digitised journals. It does not own any copyrights to the journals and is not responsible for their content. The rights usually lie with the publishers or the external rights holders. Publishing images in print and online publications, as well as on social media channels or websites, is only permitted with the prior consent of the rights holders. Find out more

Download PDF: 06.01.2026

ETH-Bibliothek Zürich, E-Periodica, https://www.e-periodica.ch

Carminis istius quoque da ne subruar unda,
Nam me paupertas artis ad ima trahit:
45 Et merito debes mihi felicem dare portum,
Carmen nam præsens hic tua templa canit.

LIBER I.

De Reverentia et Fundatione Loci Heremitani.

Silva fuit quondam, nunc est excisa, vocata [1])
A tenebris, arbor nam sibi densa fuit;
Antiquis Heremus illic fuit, ac Heremitæ,
50 Hinc Heremitanus dicitur ille locus.[2])
Qui locus est monte retro clausus sinuoso,
Contiguus prato, qui tamen ante patet.
Monticulo modico prati sit dextera cincta,
Excedit terras altera parsque sui.
55 Hac Heremo quondam fuerat plantatio facta
Templi Claustralis Ordinis ecce nigri. [3])
Prærogat hoc Cæsar dynastia propriisque [4])
Rebus ditavit, pluraque dona dedit.
Excellentiva sunt hic fons atque capella,
60 Per quam fama loci semper ubique volat.
Ista capella fuit fundata per Anachoretas, [5])
Artem murandi qui didicere parum;
Simplice sed modulo cæmentum saxaque muro
Amussim præter composuere simul.

---

1) Eine ähnliche poetische, aber bedeutend ältere Beschreibung von Einsiedeln giebt ein gewisser Adam Monachus, aus welcher einige Verse in der **Chronique d'Einsidlen II. 52.** angeführt sind.

2) **Ad Heremitas**, zu den Einsidellen. Der deutsche Name erscheint zu erstenmal in der Urkunde Heinrichs des vierten, Augsburg 25 Mai 1073. „**In monasterio . . quod solitarium vocatur, vulgo Einsidelen.**" Früher hieß es meistens **Meginrates cella.**

3) Im Mittelalter hießen die Benediktiner gewöhnlich **monachi nigri.**

4) Die Vergabungsbriefe sind bei Hartmann gedruckt.

5) Das **Anachoretas** erklärt der Commentar „**ab *ana*, quod est sursum, et *cor* et *rego regis*, quasi sursum cor regens ad deum.**

65 O Constantia! Pontificem, Patrem reverendum,
Sanctum Cuonradum mittis ad ipsa loca,
Qui venit prædictam consecrare capellam.
Sed cum surrexit fundere nocte preces,
Auribus audivit una cum fratribus ipse
70 Angelicos cantus uraniaque poli;
Qualem cantum templi consecratio poscit.
Omnibus his visis obstupuere simul.
O quam felices aures, quæ corpore dignæ
Sunt in terreno carmen adire poli!
75 Crastina lux aderat, Pater ipse prodire negabat
Mane, sed in medium permanet usque diem.
Tandem vincitur exaudire preces Sociorum,
Officium sacrum rite subire parans.
Vox divina sonans: Cessa Frater, sibi dixit,
80 Ac iterat clara voce bis atque semel.
Hæc vox auditur, cuncti mirantur, ad ipsum
Pontificem mentes tendere quisque cupit.
Hæc est, Præsul ait, manibus sacrata Capella
Angelicis, agitur gloria lausque Deo.
85 Una voce simul tunc dicitur, hoc fore factum
Ut mortalibus hinc esset adaucta salus.
Antistes simul et populus mirans remeavit,
Cœpit et ad propria pergere quisque sua.
Hinc ad Apostolicam Præsul petit ire Cathedram, [1]
90 Cuncta prout gesta sunt, reserare volens.
Sic iter aggreditur, Romam venit, ingrediturque
Petro cum Paulo templa sacrata simul.
Inventus fit ibi summe sanctus Leo Papa,
Qui gaudenter ait: O bone Frater, ave!
95 Quæ te causa potens ad Nos huc ire coegit,
Vel quæ secreta clam tua corda tenent?
Præsul agens grates inclinabat genibus se,
Res referens gestas ordine quæque suo.
His Patrum summus mirans civit sapientes.

---

[1]) Die zehn folgenden Verse stehen in der **Chronique d'Einsidlen II. 29.** Die Erzählung der Engelweihe stimmt mit den spätern Berichten überein.

100 Quorum Consiliis cuncta manere solent
Pontifices, simul Abbates, aliosque Gerontas
Consuluit super his quæ patuere sibi,
Ut si Pontifici prædicto, vel reliquo cui
Sit dicto Fano fas adhibere manum.
105 Sumpto consilio sano, tandem meliorum
Dictus Apostolicus verba timenda dedit
Dicens: Præcipimus Anathemate, dicta Capella
Ne consecretur; est quia sacra semel:
Est nam veridico quam multo teste probatum
110 Quod manus angelica sanctificavit eam
Cur quisquam Præsul non audeat hoc iterare
Sacrans angelica quod manus ante tulit.
Hoc confirmamus, hæc littera Nostra probabit
Tempore non ullo tam bona facta fluant.
115 Institit hinc noster dilectus filius Otto,
Cesar, Adelhaidis caraque sponsa sibi,
Ut sacer ille locus, qui tam dilectus habetur,
Ambobus, fieret semper honore valens.
Illorum precibus, dignum velut est, adhibemus
120 Omnia quæ tantus poscere querit apex.
Hoc decernimus ut si quis dives vel egenus,
Clericus aut laicus, vel juvenisve senex,
Nobilis aut ignobilis, aut regnans ve regnanti
Subpositus, vel eques, vel simul ipse pedes,
125 Rusticus aut cives, dominus vel si famulus sit,
Vel cujuscunque conditionis homo,
Qui dictum violare monasterium petit, aut qui
Fratribus ejusdem tollere quidquid amat
Aut qui de requie dictos fratres citat, aut qui
130 Insolite lectum turbat, inire volens,
Hoc nec excessum sit per fratres meliores
Præfati claustri, vel ipse Pater velit,
Aut res aut homines dictæ casæ temerarit,
Sint licet hi juxta vel procul inde siti,
135 Hic nec conversus satis egerit et resipiscat,
Fratribus et dictis reddere cuncta paret —

Hunc anathemate non solum damnamus, ei sed
Diripimus certe concito regna Dei.
Hoc confirmamus, hæc littera Nostra probabit,
140 Hæc nullus post Vos irritet ante Deum.
Quidam quærentes sunt, quantum de veniis quis
In dicti fani limine carpat homo;
Sed mens discreta, quæ rem discernere noscit,
Scire satis cunctis hac ratione dabit:
145 Præsul terrenus certum finem veniis dat;
Præsulis æterni gratia fine caret.
Ex hoc scire datur, quod contritus, quoque purus
Corde, manuque pius, limina dicta petens
Non partem veniæ tribui, sed cuncta meretur
150 Tolli peccata, summaque regna dari.
Rursus fama loci durat de fonte salubri,
Iste Mariæ fons nomen habere datur.
Iste sui templi capit ortum namque sub ara,
Fama velut loquitur, hocque sacravit eum:
155 Hinc derivatus est sub tellure latenter,
Sub claustri nobis colliculoque patet.
Hic fons præbebat Heremitis commoda quondam,
Sacratus merito dicitur inde fore.
Hic fons languores aufert febresque remordet,
160 Aegris atque datur ferre salutis opem. [1])

---

[1]) Hier sind die Ursachen angegeben, warum der Brunnen auf dem Platze von Einsiedeln für ehrwürdig (sacra) galt, weil er nämlich unter der heiligen Kapelle entspringt, wie das zum Theil wirklich der Fall ist, weil er frommen Eremiten Labung bot, und endlich weil er auch Kranken Linderung verschafft. Von der bis zum Ekel in Reisebeschreibungen und Reisehandbüchern wiederholten Sage, daß Christus aus einer der vierzehn Röhren getrunken, finde ich nirgends eine ältere Spur.